

Band VII., Nr. 2297, Seite 208

Bischof Eberhard von Konstanz bestätigt auf Bitte des Abts Albert von Reichenau und des Klosters Söflingen die Entschädigung der Pfarrkirche zu Ulm seitens des genannten Abts für die Überlassung ihres Zehntanteils zu Söflingen, Butzental und Harthausen an Kloster Söflingen durch Übergabe von Anteil an den Zehnten zu Lehr und Mähringen.

Konstanz, 1272. August 17.

E(berhardus) dei gratia Constantiensis episcopus omnibus presentes litteras inspecturis salutem cum notitia subscriptorum. Noverint universi, quod, cum reverendus in Christo A[lbertus] dei gratia abbas Augie Maioris inopie sororum . . . abbatisse videlicet et conventus in Sevelingen^a ordinis sancte Clare in Orto beate^b Marie iuxta Ulmam conpatiens^c eis, ut domino possent liberius famulari, decimas in Sevelingen Buzzenthal^d et Harthusen, quarum decimarum aliqua pars modica tamen ecclesie parrochiali in Ulma pertinuit, de consensu sui conventus ac etiam Diethelmi rectoris eiusdem ecclesie in Ulma sollempniter et legitime contradiderit, sicut in instrumento super hoc confecto plenius continetur¹, idem dominus abbas iam dictam ecclesiam in Ulma indempnem desiderans conservare pro supradicta parte decimarum, que ad ipsam spectabat, eidem nomine recompensationis^e de decimis in Löhern et in Möringen^f Augensi monasterio pertinentibus sedecim quartalia, quinque speltarum tria siliginis et octo avene, mesure Ulmensis accedente ad hoc predicti sui conventus consensu contradidit percipienda perpetuo pacifice et quiete. Et si demolitio grandinis sterilitatis seu generalis terre devastationis ingruerit, tunc de predictis sedecim quartalibus est inspecta consuetudine terre secundum discretorum estimationem seu taxationem aliquid remittendum. Nos vero sepenominatam ecclesiam in Ulma considerantes per predictam recompensationem^g indempnem fore penitus et illesam ad petitionem sepedictorum domini abbatis Augensis^h et sororum in Sevelingen eis, que

^aA' hat hier und im Folgenden: *Sevilingin*.

^bA': *sancte*.

^cA': *conpatiens*.

^dA': *Buzzintal*.

^eA': *recompensationis*.

^fA': *Moeringin*.

^gA': *recompensationem*.

^hA': *Augiensis*.

¹Vgl. die voerhergehende Urkunde Nr. 2296 (WUB, Bd. VII, S. 206 f.).

II

predicta sunt, nostrum consensum duximus adhibendum, maxime cum de consensu fide dignorum predicte ecclesie parrochianorum rite et legitime sint peracta. Et in huius rei testimonium presenti cedulae nostrum sigillum duximus appendendum.

 Datum Constantie in curia nostra, anno domini MCCLXXII., XVI. kalendas Septembris, indictione XV.

—

Zwei Exemplare, das eine dem Text zugrunde (A) gelegte auf italienischem, das andere (A') auf gewöhnlichem Pergament geschrieben. Die Abweichungen sind in den Anmerkungen nachgewiesen.

 Ausstellersiegel.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

StA Ludwigsburg

Signatur/Titel des Originals:

B 509 U 95 und U 96

Überlieferung und Textkritik:

2 Originale.

Editionen:

[Johann Wilhelm von Schaden:] Vertheidigung der ursprünglichen Freyheit und Immedietät des von den Herren Grafen von Dillingen und Kyberg gestifteten [...] Gotteshauses Söflingen ordinis s[anctae] Clarae, gegen den Misbrauch des [...] der Reichsstadt Ulm , Beilage, S. 45. UB Ulm, Bd. 1, S. 114.

Regesten:

VERHANDLUNGEN DES VEREINS FÜR KUNST UND ALTERTHUM IN ULM UND OBERSCHWABEN: Bericht 1 (1843) - 12 (1860), Veröffentlichungen 13 (1860) - 18 (1868), N.R. 1 (1869) - 7 (1875) (1869), Anhang, S. 4. PAUL LADEWIG (HRSG.): Regesta episcoporum Constantiensium: Regesten zur Geschichte der Bischöfe von Constanz von Bubulcus bis Thomas Berlower 517-1496, hrsg. Von der Badischen Kommission, 5 Bde., Innsbruck 1895-1941, Nr. 2320. StAL B 509: Söflinger Regesten Nr. 95 und 96.

Weitere Angaben

Ausstellungsort:

Konstanz

Ortsindex:

Butzenthal, Ulm, UL, A
 Harthausen Wohnplatz (16633)
 Harthausen, Ulm, UL
 Konstanz Wohnplatz (14442)
 Konstanz, KN
 Lehr Wohnplatz (16637)
 Lehr, Ulm, UL
 Mähringen Wohnplatz (16639)
 Mähringen, Ulm, UL
 Reichenau Wohnplatz (14588)
 Reichenau, KN
 Söflingen Wohnplatz (16646)
 Söflingen, Ulm, UL
 Ulm UL
 Ulm Gemeinde (16620)